Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36492
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Lxx. Et non despicies diem fratris tui. in die alienorum et non letaberis
sup filios iuda. in die perditionis eorum. et non magna loqueris in die
angustie neq; ingredieris portas populorum in die laborum eorum
Idem sensus quisupra. Cum interierit uir de monte esau. propter in
terfectionem et impietatem fratris sui iacob. et operuerit eum eternam confusio
nequaq. faciet que ante fecit contra germanum. Non enim despiciet et
paruipendet. uidens fratrem suum ire captiuum. nec letabitur: super
filios iuda. Due enim tribus exceptis leuitica que re gnabant
in hierlim. et appellabantur iuda. a chaldeis cap te sunt et neq;
magna loqueris. quasi unum de victoribus esse te credens. in fratris
ridebis angustia. neq; in die uastitatis et ruine populi mei. tu per
portam hierlim glabundus incedis. et ido ista non facies. quia et
tu similia patieris. Aliter: Quando captiuum uideris. diuersis per
secutionibus fratrem tuum. et abduci uinctum de ecclesie fide. nec curitate
sua. sed pegrina sectari. quoq; nequaq. letaberis. qa et tu similia
patieris. Letabaris enim quando capiebatur iacob. et sup filios iuda.
quos discipulos xpi intelligimus. et ultabas in die perditionis eorum.
Significat anim. qd anima in medietatis uitiorum atq; uirtutum po
sita sit. et possit inter utraq; partem per horarum momenta conuertu.
Nequaq. ingt magnificabis os tuum in die angustie qd secdm dy
pice sensum accipere debemus. corporalis in persecutionibus et tribulatis
angustie cum anima hostibus utriusq; capta ducta fuerit in babylone
neq; ingredieris portam populi mei. in die ruine eorum Quando enim
aut negationes obpsserit. aut uoluptas. et rigorem pristinum infeb.
consuetudo non seruauerit. et facile ad contrarium dogma labim
blandiens errori nro et non curans uulnus sed palpans solatium mi
serie est. quia uis perditi habere. qd spere. Neq; despicies et tu in
malis ei die uastitatis illius. et non emuueris aduersum exercitum
ei in die uastitatis illius. neq; stabis in exitibus ut interficias eos qui
fugerint et non concludes reliqs ei in die tribulationis. Lxx.
Et non despicies etiam tu congregationem ei in die perditionis. eorum
neq; ad poneris fortitudinem eorum in die perditionis ei. neq; stabis in
egressibus ei ut interficias eos q salui fuerint neq; concludes captiuos
eorum in die tribulationis. Cum ipse captus fueris et babylonio uas
tante deletus. in cetera que fecisti nec hec facies. que secuntur:
Non despicies atq; contempnes fratrem tuum iacob. in die uastitatis
illius. neq; ad poneris ad exercitum babylonium. siue non emuueris

spiritalis